



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Mvndvs Et Mvndi Partes, Divinæ Bonitatis Ac Ivstitiæ  
Præcones**

**Stengel, Georg**

**Ingolstadt, 1645**

§. 7. Fulminum vis, Deo seruientium tribus exemplis, declaratur.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-52365](#)

72 Cap. IV. Fulmina Pharaonem,

petitis igitur cæli mugientis fragoribus ictibusq; & corusco fulmine, alia super alia incendente, immensum auctus est Regis metus, ut augeretur & desiderium Eremitæ reuocandi. Quem ut tandem vidi Rex ingredientem, iam longè à se alius ad pedes eius procidens; *Ego, inquit, sum, qui peccavi. Eremita vero, Homo acharis, ait, quasi fabula vana.* Et: *Quis posuit in visceribus hominis sapientiam?* Nuncquid Altissimi Consiliarius tu es?

**Eecl. 10.  
21. Job.  
38. 36.**

**Proverb.  
30. 8.**

O vtinam, Rex, memor fuisses verborū Regis sapientissimi Salomonis; *Vanitatem, & verba mendacia longè fac à me.* Vides nunc omnipotentiam D. e. i? Vides, cur fulmina condiderit?

§. VII.

*Fulminum vis, Deo seruientium tribus exemplis, declaratur.*

**Sapi. 5. 21.** Si homines diuina affectare, si Pelion Ofæ imponere, si se gigantes existimare volunt, pugnabit cum illo Orbis terrarum, contrainsensatos. Ibunt directè emisiones fulgurū, & tunquam à benè curvato arcu nubium, extermabuntur, & ad certum locum insilient; in intimum tuū cubile penetrabunt; pectus tuum ferient: hoc satis est Creatori, si habeat tales satellites, honorisque sui defensores.

fores. Tales habuit Elias, & tunc, quando 3. Reg. 18.  
frustra clamantibus sacrificulis Baal, elicit 38. 4. Reg.  
ignem de cælo, ad absumentum holocau- 1. 9.  
stum; & tunc, quando Ochozias misit ad eum  
quinquagenarium Principem, & quinquaginta,  
qui erant sub eo. Qui ascendit ad eum, sedentiq;  
in vertice montis, ait: Homo Dei, Rex præcepit,  
ut descendas. Respondensq; Elias, dixit Quin-  
quagenario: Si homo Dei sum, descendat ignis  
de cælo & deuoret te, & quinquaginta tuos. De-  
scendit itaq; ignis de cælo, & deuorauit eum, &  
quinquaginta, qui erant cum eo. Rursusq; misit  
ad eum Principem Quinquagenariū alterum,  
& quinquaginta cū eo. Qui locutus est illi: Ho-  
mo Dei, hac dicit Rex, festina, descendere. Respon-  
dens Elias, ait: Si homo Dei ego sum, descendat  
ignis de cælo, & deuoret te, & quinquaginta tu-  
os. Descēdit ergo ignis de cælo, & deuorauit illū,  
& quinquaginta eius. Nunquid tunc fulmen  
inutile fuit, quando hominē DEI defendit,  
& hostes DEI extinxit? sicut & Iudā Macha-  
bæo pugnante, cūm vchemens pugna esset, ap-  
paruerunt aduersarijs viri quinque de cælo, in  
equis, frānis aureis decori, ducatū Iudeis præ-  
stantes, ex quibus duo Machabæum mediū ha-  
bentes, armis suis circumseptum incolunsem  
conservabant; in aduersarios autem telae & ful-

2. Ma-  
chab. 10.  
29.

E s mina

## 74 Cap. IV. Fulmina Pharaonem

mina jacebant, ex quo & cunctate confusi, & repleti perturbatione cadebant. Interfecti sunt autem viginti millia, quingenti, & equites sexcenti. Olim duo fulmina belli Scipiade dicebantur. Hi duo Angeli, immo quinque, an non aequius belli fulmina poterat appellari? Machabaeo autem, an fulmen non profuit? exercitum totum Israëlitarum, immo cœlū ipsum defendit, ut verè fulminatrix legio posset appellari. Quin & tibi, Rex Alphonse, profuit: terruit, ut resipisceres; & vel iam tonat, ut minis erudiaris. Adhuc misericordiam sperare potes, si te finis doceri; sin in amentia tua perseueras, & fulmen, & æternos ignes expecta, in poenam desperatorum, creatos;

**Pla. 97.4.** Tunc demum ignis in conspectu eius exardescet, & in circuitu eius tempestas valida. Nunc tantum præluditur. Nunc fulgurantem vidisti: nisi in tempore sapi, experieris fulminantem DVM. Tunc idem hoc tibi, quod bene promeritus fueris, conduplicabitur.

## §. VIII.

Poenitentia compescit tempestatem, à qua fuerat, & ipsa Alphonso Regi obiecta.

Rex & oratione ista fulminatus, & metutam tremendæ tempestatis iam antè perculsus, primùm cœpit, publicè, nefandas suas blas-